non indistincte permisum fuisse videtur , sed deum cuendi &
iusta de causa , quorsum respxit Imperator in pr. I. de iis insta de
per quos ag. dicens: nam & morbus , & aeras & necessaria
peregrinatio itemque aliæ multæ instæ cause sèpe hominibus
impedimento sunt, quo minus rem suam ipsi (quod alias ne-
cessarium erat) exequi possint. Id quod etiam Cicero in th.
præced. allegatus fatetur , ex bono & æquo hocius fuisse
introductum. Nec improbabile est , quod asserit Ræuar-
dus ad l. 123. de R. I. solenni quadam ratione olim procura-
tionem apud acta fuisse suscep tam , vt ita dominium litis
eo solennius in procuratorem transferretur, nam & acto-

C res

res olim decreto Prætoris, h. e. apud acta constituebantur, quoties tutores negotiis superesse non poterant. l. 24. pr. de admin. & peric. tutor.

§. XXIII.

*Dominium
litis eodem
sensu de
procurato-
re quo de
Principali
pradicatur.*

Vidimus occasionem, qua factum, ut dominium litis in procuratorem translatum sit, nunc etiam examinandum, quo sensu illud leges in procuratoribus acceperint. Ex dictis autem iam facile constabit, istud in foro Rom. eodem sensu de procuratore intellectum fuisse, quo de ipso principali, id quod etiam tot effectus notabiles iuris in cap. seq. notandi ostendunt, & præterea ipsa ratio iuris satis demonstrat, cum enim ipse dominus litis per se agere deberet, necessario tale dominium litis in procuratore substituendum erat, quale ad agendum in litigatoribus ipsis requirebatur. Non itaque mirandum, quod translatio huius dominii litis inter species alienationis in iure relata fuerit, Vlpianus enim in l. 4. §. 3. ff. de alienat. iud. mutand. caus. cum ostendere conatur, item in alium transferre non esse prohibitum ob valetudinem, aut ætatem, aut occupationes necessarias, hoc ipsum probat ab absurdo: ceterum, inquit, erit interdictum & per procuratores litigare, dominio in eos plerumque ex iusta causa translato. h. e. vt Anton. Faber. in rational. ibid. verba haec interpretatur: si adeo stricte hoc dictum de alienatione iudicii mutandi causa accipi deberet, vt qualibet alienatio, per quam iudicium mutaretur, interdicta esset, etiam, quæ necessariam, aut saltim iustam & probabilem causam habuisset; fore, vt neque per procuratorem quis possit litigare, cum litis dominium in eos transferre necessum sit. Quid vero est, quod ICtus afferat, plerumque transferri dominium in procuratores, & quidem ex iusta causa, cum tamen semper domi-

dominium transferri debeat, nec respiciatur ad procuratoris constitutionem, vtrum causa iusta sit, nec ne. Non improbabilis est conjectura Ant. Fabri in *rational. ad d. l.* textum hunc corruptum esse ab imperito interprete, qui forsan existimauit, hanic legem de procuratore in rem suam esse intelligendam, & ideo addidit, *plerumque* transferri dominium *ex iusta causa*. Nam de procuratore in rem suam hic non esse sermonem, totus contextus ostendit, dum generaliter Vlpianus afferit: cæterum erit interdictum & per procuratorem litigare, quæ verba de simplici procuratore intelligenda sunt, cum reuera, quando cessionarius agit, non alter (sc. cedens) litigat per procuratorem, sed tantum singitur per eum litigare, & haec translatio litis, quæ fit per cessionem, æque comprehenditur sub edito, quam quæ fit alia alienatione, non vero ea, quæ fit per procuratoris constitutionem.

§. XXIV.

His omnibus tamen obstat videtur, quod procurator dominus litis factus posit per substitutum litigare, & men procura-
ita per alium, non per semet ipsum, qui ergo factum, vt, rator per
cum ipse principalis non possit per alium agere, nisi ali-
um dominum litis constituat, tamen procuratori tanquam agere.
litis domino hoc permisum fit, qui tamen non videtur
plus iuris habere posse, quam ipse principalis. Verum
haec conclusio serius nata & eo quidem tempore vide-
tur, quo iam in foro satis receptum erat, per procuratores
litigari posse. Nam vbi per longam & inueteratam praxin
semel confirmatum erat, vt indistincte, etiam nullo im-
pedimento existente, per procuratores agi in iudicio pos-
set, manserunt quidem plures conclusiones ex dominio
litis, & ipsi procuratores adhuc domini litis dicti fuerunt,

sed regula antiqua: quod alieno nomine agere non licet, eo ipso saepe conculta & restricta fuit, & hoc etiam in eo factum, quod substituti procuratorum postea admissi fuerunt, de quibus cap. seq. plenius differendum erit.

§. XXV.

*Modus ac-
quirendi
domini li-
tis.*

*Ordinarius
litis conte-
statio*

Admissa semel hac fictione, quod procuratores domini litis essent constituti, constituenda quoque erat ratio, per quam dominium litis in eos transferretur, atque haec tere duplex in iure deprehenditur, alia ordinaria, alia extraordianria. Ad ordinariam viam transferendi litis dominii refertur *litis contestatio*, quae inter quasi contractus recentetur, sicuti enim in stipulatione contrahitur, ita & in iudicio contrahi videtur, l. 3. §. 11. ff. de pecul. ex quo intetur in l. 4. inf. ff. de appell. quod procurator, tam actoris quam rei, quia vtrinque eadem est ratio, lite contestata dominus litis efficiatur (adeo, vt in causis summaris, vbi solennis litis contestatio non requiritur, quælibet responsio, vel actus contradictorius, quantum ad hunc effectum vim L. C. obtineat, Cardin. Mantic. dec. Rom. 264. Lauterb. *Dissert. de procurat. substituto Cap. III. §. 9.*) Ratio ea redditur, quod ita cum aduersario quasi contraxerit, & inde putat Schilter. *Exerc. X. tb. 46.* dominium hoc per litis contestationis quasi contractum transire in procuratorem (vtut hoc neget Carpz. decif. 246. n. 18.) conf. L. II. pr. de except. dol. mal. l. 22. 23. C. de procurat. Nec interest, vere ne litis cont. ab ipso procuratore facta sit, an quod Dd. vocant, interpretatiue, h. e. quando principalis ipse litem contestatus est, & postea procuratorem constituit, isque principum actum contradictorum in iudicio fecit, ytpote qui videtur habere rationem litis contestationis; cum principalis, quicquid juris ac dominii ipse acquisiuit, per litis con-

contestationem, id per constitutionem procuratoris in eundem, quasi per traditionem censetur transfulisse. Sichard. ad l. 13. C. de procur. Vrmius ad process. disp. III. tb. 8. n. 47. Brunnemann. ad L. 20. C. de procurat.

Ast enim uero istud (sc. quod per L. C. procurator do- *Presuppos-*
minus litis efficiatur) non indistincte accipi potest, si *suo tamen*
enim sola litis contestatio dominum litis constitueret, *mandato*
dicendum etiam foret, dominium litis transire in pro- *Principali.*
curatorem, qui ignorante principali causam suscipere, &
absque mandato item contestaretur, quam quidem op-
inionem fouet Sichardus ad l. 21. C. de procur. Sed merito re-
futatus a Perezio ad C. eod. n. 7. quoniam cum procura-
tore, qui mandato destituitur, nullum subsistit iudicium.
l. 24. C. de procur. & exceptio deficienteis mandati perpetu-
am nullitatem inducit. Præterea litis dominium a prin-
cipali in procuratorem transferendum est, non vero ex
quasi contractu cum alio inito. Ideoque res ita habenda
est. Ostensum iam supra tb. XXII. inf. olim solemni qua-
dam ratione procurationem apud acta fuisse suscepitam
voluntate principalis, & ita serius introductum videtur, ut
extra iudicitaliter litis dominus constitueretur: præterea
etiam in th. XXIII. ex L. 4. §. 3. de alienat. iudic. mut. cauf.
euictum est, *principalem dominium litis in procuratorem*
transfulisse, ex quo inferri potest, primariam constituendi
litis dominii causam petendam esse *ex facto ipsius principali*,
qui constituendo procuratorem ipsum olim litis do-
minum facere debebat. At vero sicuti in aliis rebus sola
voluntas domini non transfert dominium, sed præterea
traditio accedere debet; ita quoque in acquirendo hoc do-
minio litis ipsa *litis occupatio* necessaria videbatur, quæ per
litis contestationem tanquam initium litis peragebatur,

cum ante illam nec lis esse videretur, nec iudicium *l. 30. ff.*
de indic. ibique Gothofr. Perez *ad C. tit. de L. C. n. 1.* Ritters-
 hus. *ad Nov. P. IX. Cap. 16. §. 1.* Neque tamen litem contesta-
 ri & quasi contrahere potuisset procurator, nisi ad occu-
 pandum hoc modo dominium litis ius habuisset, ut ita
 mandatum principalis sit instar causæ vel tituli, litis con-
 testatio vero instar modi acquirendi huius domini, haud
 secus ac etiam in aliarum rerum dominio acquirendo *titu-*
lus & modus requiritur, *l. 31. ff.* *de A. R. D. l. 20. C. de pat.* Vi-
 detur hoc respexisse Paulus in *l. 32. de procurat.* quando ait:
pluribus procuratoribus simul in solidum datis, occupantis me-
lior est conditio, ut posterior non sit in eo, quod prior petit, pro-
curator. In hac specie singuli procuratores constituti erant
 ad litem, sed hactenus nondum domini facti, antequam
occupatio litis accederet, quæ intelligitur fieri per litis con-
 testationem. Gothofred. *ad d. L. 32.* Anton. Faber *in ratio-*
nal. ad c. 1. Brunnemann *ad d. l. n. 1.* quod & iuri Canon.
 conuenit. *cap. 6. de procur. in 6.* Sic itaque non tam dominium
 litis inde eruendum est, quod cum aduersario quasi
 contraxerit, sed quod per L. C. ipsam litem occupet, suscipiat,
 & in se transferat procurator, voluntate eius, qui pri-
 mario est litis dominus.

§. XXVI.

Extraordi-
narius sa-
tisdatio Extraordinaria ratio acquirendi dominii litis consi-
 stit in *satisficatione*, a defensore absentis constituta, *litigie*
suscepta. Defensor est, qui sine mandato absentem defendit in iudicio, qui cum mandatum ad acquirendum domi-
 nium non haberet, constituendum fuit aliud medium, per
 quod illud suscipere posset, scil. *satisfactio de rato, vel indica-*
to solvendo. *§. 2. I. de satisd. l. 40. §. 3. de procurator.* Erat igitur
 satisdatio loco mandati expressi, sed tamen adhuc oc-
 cu-

cupatio litis deficiebat, & ita nondum dominium litis perfecte in eum translatum erat, licet Labeo hoc textu dicat, quod domini loco habendus sit : videlicet conferendi cum hac lege sunt alii textus, fuit enim hac de re ingens inter veteres ICtos controv ersia , an litem occupare, seu iudicium suscipere defensor , qui satisdedit, cogi possit? In I. 43. in f. b. cum temperamento hoc admittit Labeo: in I. 45. cod. vero Sabinus existimat, hoc casu Prætorem non posse cogere defensorem ad iudicium accipiendo, adeo ut ne quidem ex satisdatione conueniri possit, *si iusfas can-
cas habeat, cur iudicium accipere nolit.* Quod si itaque præter *cum iudicij
susceptione* satisdationem iudicium suscepisset defensor, iam dominus litis plene esset factus , & ita forsan facilius cogi potuisset ad litem continuandam.

§. XXVIII.

Reliquum est, vt examinremus, an quibusunque procuratoribus hoc dominium competat, & quidem, quod ad procuratores extraiudiciales seu mandatarios attinet, illos extraiudicis rei tractatione dominos negotii fieri existimat Weisenbec, *ad ff. tit. de procurat.* & cum eo Hahn. ibid. Rationem inde ducunt, quod suscepta negotii tractatione res non amplius sit integra. Verum ex eo dictum aliquod dominium concludi nec debet, nec potest; non debet, quoniam fictiones ideo introductæ, vt ratio & dispositio iuris consuetur, adeoque cum lex nemini alieno nomine agere, siue iudicialia negotia tractare permitteret, ad sustinendam hanc iuris dispositionem omnino opus erat, in procuratore aliquod dominium fingere. Sed quia negotia extraiudicia, exceptis quibusdam casibus, per alium quemlibet expediri non prohibentur, adeoque nulla hic necessitas occurrit, conseruandi legem prohibituam, quæ nuspi-

*An procurato-
ribus
extraiudi-
cialibus ta-
le domini-
um compe-
tat?*

Negatur.

nulpiam extat , hinc etiam fictione,tanquam iure singu-
lari,hic non est opus;neque potest etiam hic aliquod domi-
nium fingi,quia fundamentum & causa,ex qua in iudicia-
libus hoc dominium deriuatur , in extra judicialibus ces-
sat. Non itaque ex eo,quod res desit esse integra,domi-
nium aliquod negotii,sed hoc tantum deduci potest quod
tunc nec mandanti pro lubitu mandatum reuocare , nec
mandatario eidem renunciare facile permittatur, §. 9. &
11. I. mandat. conf. Schilter. Exerc. ad ff. X. tb. 51. Allegant
equidem dissentientes pro stabilienda sua sententia l. 38.
§. 2. ff. de V. O. l. 1. ff. de stipul. serv. l. 5. §. vlt. ff. de constit. pe-
cun. sed prima quidem lex plane nihil continet, quod il-
lorum sententiam approbet , duæ posterios de seruo lo-
quuntur , qui quidem domino obligationem & actionem
acquirit, sed non vi alicuius dominii, sed potius propter
fictionem unitatis personæ serui cum domino,cui omnia
sibi quounque modo honeste obuenientia acquirit. pr.
& §. 1. I. de stipulat. seru. §. 3. I. per quas pers. cniq[ue] dequiri.

§. XXIX.

*An Syndi-
cis?* Porro an de syndicis dominium litis prædicari pos-
sit, diuersæ sunt Dd. opinione? Affirmant communiter, ex
affirmatur ratione,quod a procuratoribus ad syndicos valeat conse-
quentia , nisi disparitatis ratio manifesto appareat. l. 6. §.
3. quod cuiusque uniuers. nom. Hilliger ad Don. Lib. XVIII.
cap. 12. Illustr. Dn. Stryk in Vf. mod. ff. d. tit. §. 12. & 14, unde
& tam in Iure Civ. l. 30. C. de decurion. quam iure canon.
cap. 7. & 9. X. de procur. procuratorum nomine veniunt , &
quod hoc ipso facultas alium substituendi iis comperat,
Perez ad C. tit. de proc. n. 2. 5. Obstare quidem videretur l. 74.
ff. de procurat. quæ prohibet actorem ciuitatis negotium
publicum per procuratorem agere , cum itaque ea,quæ
olim

olim per actorem expediebantur, postmodum per syndicos, quibus omnes vniuersitatis res commissæ, tractari cœperint, l. 6, §. 1, quod cuiusque uniu. nom. videri poterat, hanc substituendi potestatem non competere syndico. Sed recte notauit Anton. Faber add. l. 74, illam intelligendam esse de casu litis nondum contestatae, vbi actori non magis ac simplici procuratori, cuius partibus atque etiam iuribus fungitur actor vniuersitatis, l. 6, §. 3, ff. quod cuiusque uniu. nom. substituendi facultas non competit, cum ipso-rum industria electa sit, quam ob causam etiam, non facile, cum posset, Syndicūm hoc iure suo vti debere, monet Ill. D. Stryk. in vs, mod, ff. d, l, n, 14,

§. XXIX.

Eadem quoque de tutoribus & curatoribus dicuntur, in l. 8, & 11, C. de procurat. scil. quod ad exemplum procuratorum & ipsi post L. C. domini litis facti, alium procuratorem dare possint, cum ante L. C. non nisi actorem potuerint constituere. vid. sup, tb, XXII, inf, quia eadem hic subsist ratio, cum tutores & curatores omnia pupillorum & minorum negotia, tam extrajudicialia, quam judicialia fideliter tractanda, in ipsa tutelæ constitutione in se suscipiant, adeoque, quantum ad illa, mandatariorum, quantum ad haec, procuratorum vice fungantur. Fiunt vero domini litis absque præcedente mandato, quod alias supra exegimus, sed tamen ipsa in eos tutelæ translatio est loco mandati ad hanc caufam, & subsequens litis occupatio per L. C. dominos litis eos facit.

An tutoribus & curatoribus? affirm.

§. XXX.

De nuncio tamen & interprete hoc dominium prædicari nequit, tum, quia hi ad actum tanti momenti, qualis est L. C., raro adhibeantur, tum quoniam, si vel maxime

*an inter-
pretibus &
nuncius?
negatur*

D

ad-

adhiberentur, non *suo* tamen *nomine*, quod in domino litis præsupponebatur, negotium gerunt, sed tantum corporis sui ministerium præstant principali, adeoque *nuncius* est saltim interpres voluntatis illius, qui eum misit, Ill. Stryk in *not. ad Lauterb. p.m. 566.* consequenter non ipse contrahit, sed sententiam modo alterius alteri refert, neque etiam ipse obligatur: & vix concipi potest, quomodo L. C. per nuncium fieri possit, cum nomine alterius comparens in iudicio ibidemque actum magni momenti expediens, mandato se legitimare debeat, atque inde non nuncius, sed procurator est. Lauterb. *diff. de nuncio. th. 35.* Idem iuris est in *interprete*, qui tantum voluntatem ynius alteri exponit, l. 1. §. f. ff. *de V.O.* Ill. D. Stryk de *aet. for. inuest. Sec. I. membr. 8.* §. 10. 11. 12. & ita præsentiam domini supponit, cuius mentem in litis contestatione tantum iudici declarat, & aperit, adeoque ipse dominus præsens agit, itemque contestatur. vid Lauterbach *in d. diff. de nuncio th. 4.* nec unquam fere contingere potest casus, ut quis item contestetur mediante interprete, cum plerumque in scriptis proponi illa soleat, ubi stylus curiae consuetus obseruandus est.

CAP. II.

De

Variis effectibus dominii litis.

§. I.

Dominium litis, subordinatum do- **C**um per dominium litis, quod habet procurator, dominium litis ipsius principalis in effectu illibatum salutumque maneat, illudque huic tanquam potiori subordinatum sit, & ab eo dependeat, hinc duplex dominium hic statuendum esse secundum principia ante iacta videtur.

a) prin-

a) principale, seu fundamentale & proprium dictum, quod dominus habet, b) subordinatum & fictum, quod in procuratorem translatum est. Cum itaque, ubi lis per procuratorem agitur, haec duplex dominii ratio concurrat, Schilter adff. Ex. X. th. 46^o multiplices quoque inde promanant effectus, quorum quidam mandantis, quidam procuraris concernunt potestatem, qui proinde etiam ab inuicem probe secernendi sunt.

§. II.

Primum igitur videndum de effectibus dominii litis, quod Principalis adhuc habet, licet procuratorem constituerit. Hic enim, quia in effectu causae & rei in item defendantie dominus manet, adeoque, ut dictum, ab eo dependet fictum procuratoris litis dominium, potest (I.) Procuratori suo adesse eique assistere. I. 69. ff. de procur. si scil. eiusdem industriam ac fidem suspectam habeat, ne ita obseruato iure stricto ipsi fiat iniuria, cum etiam extraneis, qui comodum vel incommodum ex controversia sperent, non prohibitum sit liti adesse. I. 29. pr. ff. de inoffic. testam. Haec assistentia apud Romanos eo magis recepta erat, quoniam non facile procurator semel datus reuocari poterat; assistere autem non erat reuocare procuratorem, cum ita lis adhuc per procuratorem perageretur. Nec obstat, quod dicitur in I. 5. §. vlt. ff. commod. non posse duobus in solidum unius rei competere dominium, nam ad hanc obiectiōnē iam supra th. XII. Cap. præced. responsum, cui hoc tantum addo, quod & in ipsa legē cit. hæc duo dominia, causæ scil. & litis distinguantur. Nam ICtus dominum causæ sue adesse non prohibet, non vero ait: dominum item simul peragere posse, quæ probe separanda, monente A. Fabro add. I. 69,

D 2

§. III

§. III.

*II. domini-
um cause
penes ipsum
manet* Ex hac obseruatione nouus fluit effectus, quod (II.) do-
minium *cansæ* vel *rei in litem deductæ* in procuratorem
non transeat, sed ad principalem omne emolumen-
tum actionis redundet, quippe cuius nomine reuera & in effe-
ctu, seposita subtilitate & fictione iuris Rom., agitur Do-
nellenus *Lib. XVIII. cap. 12.* Evidem per L. C. res procura-
toris fieri dicitur in *I. u. pr. ff. de except. dol. mal.* E. eius do-
minium non videtur penes principalem remanere. Ve-
rum enim uero hoc de *sūbtili & stricto iure* accipiendum
est, vti patet ex verbis seqq. *cit. I.* quod procurator litem
suo *quodammodo* nomine exequatur, ex quo apparet, non
absolute locutum esse *ICTUM*, sed de antiqui iuris fictione:
constat enim ex toto iure, illud, quod *quodammodo* tale esse
dicitur, non denorare ipsam rei substantiam, sed tantum
cum re ipsa analogiam. *I. 6. ff. de donat. I. 22. C. de agric.* &
ensit. Nov. 48. pr. I. 63. ff. profoc. I. 1. pr. ff. quod iussu I. 21. §. I.
de N. G. quin & præterea vocabulum rei generalissimum
est *I. 5. & 23. ff. de V. S.* neque adeo de re in litem deducta
præcise intelligi debet; nam in effectu & proprie loquen-
do res & causa nunquam, nec post L. C. procuratoris fit,
sed intuitu huius semper est & manet aliena, Franzk. *ad ff.*
tit. de procur. n. 5.

§. IV.

*III. Inuito
procurato-
re transfigi* Inde est (III.) quod principalis inscio & inuito pro-
curatore cum aduersario possit transfigere, cum & alias
hic persona & intentio mandantis potissimum in con-
siderationem veniat, & quicquid procurator agit in iudicio,
id in effectu nomine non proprio, sed principalis fiat; adeo-
que procurator domino transfigere volenti obicem nullo
modo ponere potest, vtpote, cui liberum est mandatum
pla-

plane renocare, & procuratorem alium ex iusta causa con-
stituere l. 17. f. b. t. At vero obiicit quis, hoc non fieri posse
nisi causa cognita: d. l. sed respondeatur, hac causæ cogni-
tione nequidem opus est, modo omnes, quorum inter-
est, consentiant, l. 65. in f. ff. de procurat. l. 58. ff. de pac*t*.
nimirum litigantes ipsi, quin imo consensus pro-
curatoris tantum requiritur durante adhuc lite,
non finita, quod contigit per transactionem, tunc enim
etiam ipsius potestas expirauit. Carpz. decif. 246. per tot.
Brunnemann ad l. 17. b. n. 3. neque etiam obstat, per L. C.
quasi contractum esse celebratum inter procuratorem &
aduersarium, eumque adeo inuita altera parte dissolu-
non posse, imo procuratorem post L. C. plane litis domi-
num effectum esse: nam neutrum horum transactionem
principalis potest interuertere, non *quasi contractus litis*
contestationis, quippe qui in effectu magis ipsum principale
respicit, quam procuratorem, nec altera parte in-
uita, sed potius in transactionem consentiente a lite rece-
ditur, non etiam fictum *litis dominium*, quia per hoc verum,
quod Principalis habet, dominium cause non interuer-
tur, sed potius *causa* respectu procuratoris semper manet
in effectu aliena. conf. pluribus Carpz. l. c. vbi præiudicio
hanc sententiam confirmat.

§. V.

(IV.) Acquirit Principalis vi dominii litis per procu- IV. Acqui-
ratorem actionem vtilem & ipse etiam per eum obliga- rit atio-
rit, Duplex autem in lite actio occurrit, altera *ex stipula-* nem vtilem
tu, si procurator iudicatum solui a defensore rei stipulatus per procu-
est, altera iudicati, ex quasi contractu, si ipse reus, aut de- ratorem
fensor, vel procurator eius condemnatus est, l. 27. 28. ff. b. t. tam attine.

Franzk, ad ff. tit. de procur. n. 15. seqq. simili ratione excé-

ptio rei iudicatae nascitur, si procurator absolutus est. *l. 50.*
b. t. l. 11. §. 7. de except. rei indic. quæ reo proficit. Et quidem hæ actiones procuratori directo, sed sine effectu (nisi certo casu, de quo infra) principali autem vtiliter acquiruntur, competuntque *l. 27. §. f. l. 28. ff. b. t.* Donellus *lib. XVIII. cap. 18.* D. Hertiūs *de obligat. mandantis & mandatarii contemplati tertii lib. 3. & 18.* & quidem sine cessione, tum quia Praetoriarum stipulationum ea est natura, ut per illas domino acquiratur, *l. 5. ff. de Prætor. stipul.* tum quia reuebra hic principalis, non procuratoris res agitur & vtilitas spectatur. *l. pen. ff. si quis caution.* Si itaque directa actio procuratoris penitus tollenda est, vt dicitur in *l. 27. inf. de procurat.* & vtilis domino tantum concedenda, multo magis, si dominus & procurator concurrant, atque simul agant, directa excludenda, & tantum vtilis admittenda erit. *l. 28. ff. eod.* Nec obstat actionem directam, tanquam pleniorum *l. 70. pr. ad SCT. Trebelian.* præferri debere vtili tanquam minori. *l. 13. ff. de duobus reis.* Nam recte asserit A. Faber *ad d. l. 28. ff. b.* fallere hoc, si diuersæ sint personæ, quarum vni directa, alteri vtilis competit actio, sic enim semper vtilem directam præferriri, rationemque addit magis subtilem, quam concludentem, quia, inquit, directam uitilem esse & inefficacem, nihil prohibet, utilem vero inutilem esse implicat contradictionem, vel ut simplicius dicam, quia actio vtilis ex summa æquitate inducitur, cuius potior, quam stricti iuris ratio est. *l. 90. ff. de R. I. l. 8. C. de indic. cont. Dissert. sub Præsid. Dn. Friesen habita; de actione directa, vtili & contraria C. I. lib. 15. pag. 22. in pr.* Aliud est, si vni personæ actio tam directa, quam vtilis competit, sic enim nihil interest, vtra instituatur. *l. 47. ff. de neg. gest.* E contrario obligatio quoque ex facto procuratoris nascitur principali
quam paf
five

pali; si procurator mandato domini, vel ipse dominus pro eo cautionem de iudicato soluendo praestiterit, vel si condemnatus fuerit procurator, tunc quidem actio directa secundum regulas stricti iuris contra procuratorem datur, quae tamen in efficax est propter obstantem exceptionem. l. 4. ff. de re iudic. Dn. Hertiū in *Dissert. de obl. mandant. lib. 18.* & ita quoque executio in bonis procuratoris fieri, aut illis arrestum imponi nequit, quemadmodum quoque idem obtinet in tutorē condemnato nomine pupilli l. 6. ff. quando ex fact. suor. sed potius contra dominum utilis actio tum ex stipulatu, tum iudicati datur, d. l. 4. pr. de re iudic. quam ob rem Iustinianus a reo cautionem exigit, quod tempore sententiae ferendae ipse iudicio adesse velit. §. 5. I. de satisd. ill. Dn. Stryk. 1st. mod. ff. b. t. n. 39. Eadem & de syndico dici debent, cum in vniuersitatem iudicati actio detur l. 4. §. 2. ff. de re iudic. Diversa ratio est, si quis procurator in rem suam datus sit, vel aliena rei defensor vltro sine mandato domini ipse satisdederit, hi enim ipsi dictis obligationibus & actionibus tenentur. c. l. 4. Donellus *Lib. XVIII. cap. 18.* ille quidem, quia ipsi omne emolumenntum ex causa competit, adeoque reuera domini loco est, hic vero, quia ipsius factum domino non potest praetendere, nemo enim per alium obligatur, nisi praecedat mandatum, vel sequatur ratihabitio Brunemann ad l. 28. ff. de procurator.

§. VI.

Quia in effectu Principalis nomine omnia aguntur, *V. mutat* permisit quoque ei Praetor, (V.) causa id exigente, mutare *procurato-* procuratorem, itemque vel in se vel in alium *procurato-* rem, *rem transferre.* l. 17. ff. de procur. ne per occasionem sum-

mi

mi juris iniuria fieret vero domino , retento procuratore parum idoneo. Donell. *Lib. XVIII. cap. 17.* Evidem ante L. C. libera potestas est vel mutandi procuratoris , vel ipsi domino iudicium accipiendi l. 16. eod, sed non æque post L. C. nisi indultu Prætoris c. 1. 17. unde quia Prætores in iure stricto semper temperamentum excogitarunt, facile adducor , vt credam, demum beneficio Prætoris factum suisse , vt domino hæc mutatio litis vi *dominii causæ* permissa fuerit, de quo infra plenius. Fieri autem debet translatio vel sine omni causæ cognitione , si consentiat aduersarius & procurator , l. 24. ff. b. t. vel hoc in iure , si iusta causa eiusque cognitio præcedat, quales referuntur in l. 17. seqq. ff. b. modo dominus ei prius refundat expensas, quas in item fecit, alias enim habet ius retentionis l. 25. inf. l. 26-ff. b. t.

VI. rationes a procuratore exigit.

§. VII,

Competit olterius VI. domino ius exigendi rationes a procuratore , idque actione mandati , l. 46. §. 4. b. t. adeo ut procurator hic dolum & omnem culpam præstare tenetur l. 11. & 13. C. *mand.* & si cum aduersario colluserit, mandati actione ad interest conueniri possit , l. 8. §. 1. ff. *mand.* Non solum autem vi huius actionis procurator ea tenetur mandanti restituere, quæ vigore mandati consecutus est, sed & quæ extra illud, & illius occasione ipsi obvenerunt, puta si per errorem aut iniuriam iudicis indebitum consecutus sit, d. l. 46. §. 4. b. t. Bachov. *ad ff. b. t. C. 7. n. 1.* ea vero, quæ dolo accepit procurator, domino non restituere debet, quia huius nomine non videtur accepisse: numquam enim mandato facultas delinquendi continetur, quia nec rei illicitæ nullum mandatum esse potest. §. 7. I. *de mandat.* Hinc potius talia a fisco vindicari posse existimat

Brun-

Brunnemann. ad d. l. 46. propter l. 9. ff. de iure fisci, iuxta quam fisco in genere conceditur facultas vindicandi, quæ scelere acquisita sunt.

§. VIII.

Denique (VII.) exinde fluit effectus negatius, quod procurator actus maximi præiudicij & unde totius causa eventus dependet propria auctoritate neque ante neque post L. C. peragere possit, nisi speciale mandatum vel generale ad omnia negotia extensum habeat a principali. Huc pertinent e.g. *transactio*, quæ prohibetur regulariter procuratoribus l. 7. C. de *transact.* l. 13. ff. de *paſt.* Syndicis, nisi administratio bonorum ciuitatis iis concessa, l. 12. C. de *transact.* tutoribus & curatoribus, nisi *transactio* tendat in utilitate pupilli vel minoris. l. 46. in f. de *admin. tut.* & *cur.* l. 56 §. 4. de *furt.* eatenus enim domini loco habentur. l. 7. §. 3. pro *emt.* l. 27. de *admin. tut.* & *iur.* accedente ad meliorem securitatem in immobilibus alienandis decreto magistratus. l. 22. C. de *admin. tut.* & *curat.* Struu. S. I. C. Ex. VI. t. b. 55. Item *compromissum*, quippe in quo idem iuris est, quod in *transactione* arg. l. 35. ff. de *recept.* c. g. X. eodem. Lauterb. Comp. *Iur.* b. t. præterea *iuramenti delatio aut delati relatione præfatio*, quam procurator speciali mandato instrutus, & tutor, vi concessæ ipsi per delatæ tutelam bon. administrationis l. 17. §. 2. & 35. pr. ff. de *deureinr.* & Syndicus l. 34 §. 1. eod. arg. c. 4. de *proc.* in 6. liceo peragit. Neutquam vero syndicus illud præstat, cuius loco seniora ciuitatis iurant, qui optimæ facti notitiam habere præsumuntur. Carpz. Part. I. Conf. 13. def. 1. Conf. Martini ad *Process. Sax.* Tit. VII. §. 5. n. 13. seqq. Idem dicendum de iuramento calumniæ. l. 2. §. 5. in f. C. de *iuram.* propt. *calumny.* cap. f. de *Iur. calumn.* in 6.

§. IX.

*Effectus ratione procurato-
ris.*

*(I) omnes actus iudi-
ciales in ipsum diri-
guntur.*

Hæc de effectibus dominii litis intuitu *principalis*. Succedit dominium huic subordinatum, nimirum *procura-
toris*, quod etiam non paucos, eosque insignes habet effe-
ctus, quos inter (I) est, quod durante litis tractatione pro-
curatoris maior habeatur ratio, quam ipsius domini sive
mandantis, hinc omnes citationes in procuratorem diri-
genda, omnes actus iudiciales cum ipso expediendi,
& in eum sententia ferenda sit. *I. un. C. de satisdat.* Franzk.
ad ff. tit. de proc. n. 17. seqq. Hahn, *ad Wef. b. t.* vnde sententia
nulla est, quæ non in procuratorem, sed in ipsum principa-
lem lata est, cuius persona in iudicio non fuit, *I. I. C. de sen-
tent. & interloc.* Io. Petrus Surdus *conf. 99, n. 34. seqq.* Bern-
hard. Graevæus *lib. I. concl. III. n. I. seqq.* Menoch. *conf. 415.*
n. 20. seqq. (exceptis causis matrimonialibus & criminali-
bus. Brunnem, *ad I. I. C. de sent.*) transitum enim fecit lis
ad personam procuratoris *I. 20. C. de procur.* Exinde noua
fluxit conclusio in *I. 42. §. 6. ff. eod.* quod in iudicio famil-
hercisc, plures hæredes eundem procuratorem dare non
possint, quoniam res expediri non posset circa adiudicatio-
nes & condemnations, dum unus idemque procurator
condemnandus esset, & absoluendus. Inde nunc porro est,
quod etiamsi *principalis* ipse suo procuratori in iudicio
affistat, altera pars nihilominus petere possit, ut ne in plu-
res distrahatur aduersarios, adeoque nimis grauetur, cita-
tiones & decreta non *principali* insinuantur, sed soli pro-
curatori. Brunnem, *ad I. 49. b. t.*

(II) Post,

C. principa-

liu citatus

impune

emanet, nec

paler, quod non

§. X.

Ex quo consequitur (II.) quod omnes actus post li-
tem a procuratore contestatam cum *principali* in iudicio
gesti sint nullius momenti, nisi procurator, vel aduersarius
paler, quod non contradicant, quodque *principalis* in iudicio compa-
re.

rere non teneatur, (exceptionem vid. infr. th. XVIII) & si vel maxime citatus emanferit, nullius tamen contumaciæ ar-
gui queat, non enim dici potest dolose emansisse, qui venu-
re ne quidem debuit. Hinc in tali casu cautelam suppedi-
tat Cœpolla. *Cautel. 165.* vt aduersarius, si principalis post
L. C. in iudicio personaliter interuenerit, leuiter contradic-
cat, quo ipso fit, vt omnia, quæ sequuntur, irrita & inualida
sint, & inde aduersarius, si forte contra ipsum pronunciare-
tur, nullitatis querelam possit opponere, eo quod acta in
iudicio non gesta sint curv eo, qui litis dominus fuit, & con-
sequenter processus de integro sit inchoandus. Sichard.
ad l. 22. C. b. t. Hæc cautela quidem rationi iuris confor-
mis est, sed sub prætextu iuris alter fallit, decipitque, & me-
rito honesto viro tales cautelæ sunt fugiendæ, cuius farinæ
sunt pleraque Cœpollæ cautelæ.

§. XI.

Ex his, quæ supra dicta, oritur (III.) effectus, quod, si (*III.*) In
procurator actionem famosam suscipiat, ipse quidem de-
beat condemnari, vt tamen hanc condemnationem effe-
ctus infamiae in procuratore non sequatur, *l. 6. §. 2. ff. de his* condempna-
tus non
qui not. *inf.* quia *alio nomine* condemnatus est, sola enim *famosa*
condemnatio non irrogat infamiam, sed causa condemnationis,
arg. l. i. et us fufitum 22. ff. eod. scil. delictum, procurator autem hic nihil deliquit. Faber *ad d. l. 6. §. 2.* Neque etiam
principalis hoc casu infamia iuris notatur, quia non immediate,
sed mediate per procuratorem condemnatus est,
placuit enim prudentibus hoc casu mitiorem partem eli-
gere iuxta *l. 155. ff. de R. l. pen. ff. de poen.* licet infamiam facti
non penitus effugiat cum, si non immediate, tamen per
indirectum condemnatus sit. Schilter. *Exerc. X. th. 3. 4.* Et hæc
etiam causa videtur cur Imp. in *l. vlt. C. de iniur. illustribus*
personis in causis iniuriarum per procuratores litigare

permiserit, ne si condemnentur, iuris infamia affiantur.

§. XII.

(IV) *Domi-*
nus pro eo
potest cau-
sionem de
iudicato
soluendo in
terponere. IV. Effectus dominii litis in procuratore est, quod
 dominus pro procuratore suo cautionem de iudicato sol-
 uendo possit interponere l. 8. §. 3. l. 15. ff. de procur. Caution-
 es iudiciales datis fideiussoribus fieri solent l. 1. ff. qui sa-
 tis d. cog. fideiussor autem est, qui pro alieno debito fidem su-
 am mediante stipulatione interponit. l. 1. §. 8. ff. de O. & A.
 pr. L. de fideiuss. E. cum dominus iudicatum solui stipula-
 tus sit pro suo procuratore, d. l. 15. adeoque pro eo fide-
 iussit, indicio est, hanc obligationem, sc. de iudicato sol-
 uendo veluti pro ipsius procuratoris haberi: cum pro pro-
 curatore suo fideiubeat, quod debitum intuitu fideiuben-
 tis domini quodammodo alienum videtur. Quia tamen
 in effectu in suam utilitatem fideiubet, hinc est, quod mul-
 lier, si pro procuratore ita cauerit, non iuuetur &c. Cto Vel-
 leiano. l. 3. l. 13. pr. l. 25. ff. ad SC. V. & Mej.

§. XIII.

(V) *per L.C.* Si plures procuratores in solidum dati sunt, & unus
praoccupat
item pre
reliquis
comprocu-
ratoribus. eorum item contestatus est, hoc ipso qui (V.) effectus est,
 eam praoccupat, & reliquos excludit, fitque solus dominus litis per praoccupationem l. 32. ff. de procurat. cap. si
 duo de procurat. in b. cap. 14. X. eod. cum disertis verbis in c.
 l. 32. dicatur: ut posterior non sit in eo, quod prior petit, pro-
 curator. Quodsi hic, qui item occupauit, postea in ea perse-
 quenda impediatur, sed alium sibi substituat, hic substitu-
 tus reliquos conprocuratores itidem excludit, d. cap. si duo
 si tamen nemine substituto cesseret in causa prosequenda,
 non potest deinceps eam reassumere, nisi & reliqui con-
 procuratores, qui illam ipsius loco antea suscepserant, sint
 impediti. d. cap. hi enim alium sibi substituere non possunt,
 cum item non sint contestati, id quodius Canon. hic su-
 per-

peraddidit, de quo cap. seq. agendum est. Quam litis occupationem etiam obtainere putant Iure Ciui, etiam si plures procuratores non *in solidum* sed *simpliciter* dati sint, quoniam cum hoc iure plures regulariter non admittantur coniunctim procuratores, singuli eorum *in solidum* dati censeri debent, licet hæc verba in mandato non expressa sint. *I. 60. §. 2. ff. mand. I. 55. pr. de administr. tutor.*
Schilter. *Exerc. X. th. 52.*

§. XIV.

(VI.) Inter Effectus dominii litis quoad procuratorem numerari debet, quod huius negligentia & culpa domino noceat, imo & contumacia, quæ ipsum processum respicit, Bachov. *ad Treutl. disp. IX. th. 12.* adeo ut de summisibus litis, quibus procuratores temere causam dederunt, non ipsi, sed principalis conueniatur, *I. 78. §. 2. de leg. 2.* Aliud est, si contumacia non processum, sed Prætoris autoritatem respiciat, hæc enim, tanquam delictum ipsi, non principali nocere debet, propter *I. 20. C. de poen. I. 1. §. 2. ff. si quis ius dicenti.* Ne autem priori casu dominus dampnum incurrit per negligentiam, dolum, vel culpam sui procuratoris, potest actione mandati contra ipsum experiri, vt eo nomine seruetur indemnissim. *Supr. ib. VII. b.* Sed quid si procurator non sit soluendo: hoc casu si culpa ipsius quid admissum per restitutionem in integrum: si dolo, ipso iure tutum esse principalem existimat Hartm. Pistor. *Llib. I. qn. 36. n. 7.* Gail. *L. I. Q. 45. n. 6.* quod tamen reprobatur Giphan. *ad I. 10. b. t. n. 4.* cuius sententia etiam, quantum ad iuris rationem videatur retinenda, quia hic non adest causa in LL. approbata, ob quam maiorennes in integrum restituvi possint, & iniquum est, alienam culpam nocere ei, qui b. f. cum procuratore egit vel contraxit & imputet

(VII.) *Eius negligentia noceat domino.*

fibi dominus, quod tali negotia sua commisserit. / .10. C. de
proc. ibique Gothofr. / .23. inf. ff. de min. Accedit dominium
litis, quod talem restitutionem admittere non videtur.
.1. §. f. quando appell. sit. Confer. Hilliger ad Donell. Lib.
XVIII. cap. 18. Franzk ad ff. b. t. n. 17. Struu. S. I. C. Exerc.
VII. tb. 35. Bernhard Græuen, lib. i. concl. 45. n. 13.

§. XV.

(VII.)
fibi
acquirit
actionem
directam
actiue &
passiue.

Quia porro procurator, stricto iure omnia solus in
iudicio agit, inque eum sententia ferri debet. ideo (VII.)
fibi acquirit actionem directam tum ex stipulatu tum rei
iudicatae, idque tam actiue, quam passiue, ita tamen ut
neutro casu illa efficax sit / .28. ff. b. t. sed procurator con-
uentus exceptione doli se tueri possit, quia iniquum esset
idem bis (a procuratore scil. & principali) petere; agens
vero eadem exceptione repellere queat, nam contra aequi-
tatem agit, dum solutionem ab eo, quem liberare non po-
test, vult extorqueret / .1. de p. a. t. quæ res doli exceptio-
nem solet inducere / .1. de dol. mal. excep.: nisi sit in rem suam
darus, aut ultro absque mandato ipse satisdederit, conf. supr.
tb. V. b. Unico tamen casu utiliter actio iudicari directa pro-
curatori competit, si scil. de expensis litis & salario fibi sa-
tisfieri petat, & principalis soluendo non sit / .30. b. t. ibi-
que. Brunnemann. / .46. §. 6. b. quia totum negotium man-
dati, vnde procuratoris obligatio descendit, est bona fidei,
quæ suadet, neminem cum alterius damno fieri locuple-
tiorem. / .206. ff. de R. I. quare etiam clausula indemnitatibus
mandatis inferi solet, ne videatur procurator, tanquam li-
tis dominus sumitus quasi in rem suam facere debere. Schach-
er. Collig. Præc. tit. mandat. p. m. 158. Prodest vero hoc
ius procuratori contra alios principalis creditores, qui-
bus ita præfertur, cum ei de iudicato satisfiat, quod vel ideo
fieri

fieri videtur, quia habet actionem iudicati directam, quæ tamen intuitu principalis inefficax est.

§. XVI.

Præterea (VIII) vi huius dominii litis procurator [VIII.] potest alium substituere, quæ facultas eidem ipso iure seu ^{est alium} ex lege adeoque absque speciali concessione competit. ^{1. substituere.}
8. II. 23. C. de Procurat. Berlich. P. II. dec. 274. n. 13. Equidem talem substitutionem a procuratore non proprio sed procuratorio nomine fieri aiunt. *Carpz. lib. III. Resp. 24. n. 39.* Berlich. *P. I. concl. 27. n. 13.* Sed tamen conceptus dominii litis hic fundamento loco ponendus est, procurator enim, qua talis, substituere nequit, sed qua est dominus litis, & ita quodammodo *suo iure, & nomine proprio*. Sic quoque defensor rei statim ac cautionem iudicatum solui præstitit, substituere potest, quia statim fit dominus litis. *Lauerbach in Dissert. de procurat. substit. §. 12.* Hanc potestatem etiam tum syndicorum tutoribus & curatoribus competere supra monitum est, & licet obiciat Giphan. ad 1. 74. ff. b. nomine ciuitatis neminem posse experiri, nisi qui ciuitatis decreto constitutus est, & ita substitutum excludendum esse, qui a Syndico datus est; recte tamen respondet A. Faber *ad d. I.* omnino admitti substitutum, vt potest qui non ciuitatis, sed syndici substituentis nomine item persequatur, *Hilliger ad Don. Lib. XVI. cap. 12.* An vero talis substitutus per primum actum, quem in iudicio gerit, litis dominium & ipse consequatur, adeoque vi huius alium sibi iterum substituere possit? de eo non immerito dubitatur. Nam primum actum a procuratore substituto gestum vim L. C. non habere recte monet Bachou, *ad Treutl. disp. IX. tb. 3.* quia ratione non conuenit, ut actus aliquis essentia plane diuersus ad inducendum magni momenti effectum pro L. C. ha-

habeatur. Præterea cum in effectu tantum de principali emolumento atque præiudicio quæratur, hic vero de dexteritate quidem substituentis, sed non de industria & fide substituti certus esse possit. Carpz. III. doc. 297. n. 5. scqq. & Process. Tit. V. Art. 5. n. 11. hinc ut etiam substituto alium substituendi potestas competere possit, necesse est, ut illa a principali in procuratorio eidem expresse data sit.

§. XVII.

(IX.) potest
substitutum
re uocare.

Eadem ratione (IX) potest substitutum rursum reuocare, idque si res integra absque nulla causa, si non, ut potest si iudicium iam in ipsum translatum sit, præcedente causæ cognitione, quia nec domino aliter ius transferendi item a procuratore in se vel in alium competit, iam autem procurator non potest plus iuris habere, quam is, a quo, quicquid habet, accepit. arg. l. 54. de R. I. Lauterb. de substit. procur. C. VI. §. 5. Similiter euanescit potestas substituti re integra, si procurator, qui proprio iure, vi litis dominii substituit, moriatur, quia resoluto iure constituentis ius constituti etiam resoluti necesse est arg. l. 105. ff. de condit. & demonstr. l. 16. quib. mod. usufr. amitt. Lauterb. c. l. §. 3. aliud, si ex speciali domini permisso substituit, ita enim substitutio, quia magis a principalis persona dependet, mori fuo procuratore non euanescit.

§. XIX.

(X) non pot
est mutari
nisi causa
cognita.

Quia stricto iure procurator litis dominus est, ideo (X.) non licet eundem facile & sine iusta causa mutare, interest enim tum aduersarii, ne eo in iusto iudicium varietur per mutationem personarum. Mynsing. dec. IX. Resp. 89. n. 6. & Lib. V. obs. 44. n. 5. Hilliger ad Don. Lib. XVIII. cap. 17. Faber ad l. 17. ff. de proc. tum etiam ipsius procuratoris, qui per L. C. litis dominium occupauit, ne iure quæsito defraude-

detur. Hinc supra iam *s.b. VI. b.* dictum, satis probabile esse, quod ab initio procurator talis plane reuocari non potuerit, cum potestas reuocandi procuratorem demum ex iure Prætorio dependeat, quod contra ius strictum introductum est, adeoque illud in contrarium supponit. Ne itaque ex hac iuris stricti subtilitate detrimentum capiat principalis, ad quem in effectu omne commodum & incommodum actionis pertinet, & cui etiam factum procuratoris, negligenter forte causa tractantis, nocet, ideo permisit ei Prætor, si sufficiens causa, (puta, quod procurator cum aduersario colluserit, aut alio modo suspectus sit,) eiusque cognitio præcesserit, eum mutare, litemque in se transferre *l. 17. & seqq. ff. de procurat.* Præsupposita tali causa iusta, procurator *vi dominii litis* non poterat contradicere, nam eo ipso suspectus siebat, quod operam suam ingebat inuitio, præsertim cum ipsius non adeo interesset, an dominus item in se transferret, nec ne *l. 25. ff. cod.* Hacenus tamen audiendus est, si pudorem suum purgare velit, & se ab omni collusionis suspicione excusare. *d. l.* Haec omnes *l. Cti* ratiocinationes fluunt ex supposito principio de *dominio litis*, vi cuius procurator contradicere posse videbatur. Reuocato ita procuratore, ab hoc *translatio litis* facta esse dicitur, cuius dominus erat *l. 27. cod.* & quæ ante*a* in ipsum fuerat translata. Vbi obiter notandum, tres referri a *ICtis litis transferendi modos.* 1) Si actio cedatur. *d. l. 27. §. 1. ff. b.* 2) si procurator reuocetur vel ex causa legitima, vel nulla, ipso tamen & adversario consentiente. 3) Si in persona eius, in quem de nouo facta translatio, omnia repetantur & renouentur, quæ sunt ante gesta, quod postremum utile ad hoc est, ut quando prior processus defectu quodam laboret, iste quasi vno momento hoc modo possit reparari. Bartol. *ad l. 23. C. de procurat.* Sichard. *ad l. 21. C. cod. n. 8.*

§. XIX.

(XII) non nisi expresse constitui potest. 1.8. §. 1. b. quia in iudicibus, tanquam actibus magni momenti, expresso consensu opus est, hinc tacens ibi non habetur pro consentiente. Brunnemann ad d. 1.8. Ex hoc concludit ICtus in c. l. iniutum procuratorem eum quoque habendum esse, qui consensisse non probatur, h.e. qui expresse non consensit, vt non sufficiat taciturnitas ad eum obligandum.

§. XX.

(XII) nec in alia causa, quamque ad principalem pertinet, cuiusque liberam habet administrationem, nam cuius quis ipse dominium non habet, quomodo alterum eius rei dominum constituere poterit? 1.42. de R. I. Exemplum est in actionibus popularibus, in quibus ex parte actoris procurator dari nequit. 1. 42. pr. ff. de procur. quia qui agit, non suum priuatum, sed populi ius tuetur, adeoque ipse procuratorio nomine agit, & consequenter substituere alium nequit, nisi per L. C. actio in ipsis bonis esse cœperit arg. 1. 12. pr. de V. s. aut nisi non tam publicum, quam priuatum & proprium cominodum defendat. 1. 45. §. 1. ff. b. t. haec tenus enim sapit naturam priuatae actionis Bachou. ad Wef. b. t. n.s. Brunnemann. ad 1. 42. b. t. E contrario, qui conuenitur populari actione, procuratorem dare potest, 1.5. de popul. act. quia hic propriam remittetur. Faber. ad 1. 42. b.

§. XXI.

(XIII) non datur regulariter procurator ex parte accusatoris 1. pen. §. 1. ff. de publ. iud. propter

propter necessitatem inscriptionis. l. 7. pr. ff. de accusat. quæ causis cri-
in omni criminali persecutione obtinet. l. 12. C. de his qui ac-minalibus.
cuz. non poss. & quia non priuatum, sed publicum interesse
actor per sequitur; aliud vero obtinet. si criminis persecu-
tio ad actoris interesse priuatum instituatur. ex. gr. in o-
mnibus delictis, tam priuatis, quam publicis, si ciuiliter aga-
tur vel ad pœnam pecuniariam. l. f. ff. de del. priuat. Gaius
L. 1. de pace publ. cap. 10. n. 13. seqq. Ill. Dn. Stryk. in U. M. ff.
tit. de procur. §. 4. Circa personam rei communiter distin-
guunt, vt, si praesens sit, procurator pro eo non admittatur,
nisi agatur ad pœnam pecuniariam, & quæ in talem con-
uerti possit, vel aliam relegatione minorem. l. 1. ff. an per
alium caus. appell. Si absens sit, tunc si crimen non sit capita-
le, vel ita capitale, vt tamen absens condemnari non possit,
non admittatur procurator, cum litis executio frustanea
euaderet, quippe quæ in procuratorem fieri non posset. l. 5.
de pen. si vero possit condemnari, admittatur l. 33. §. 2. ff. de
procur. l. 3. C. de accusat. scil. ad plenam innocentiae rei de-
fensionem, nam ad causas absentiæ & alias dilatorias ex-
ceptiones allegandas in quois crimine quilibet admittitur,
non quidem vt procurator aut defensor, sed vt extra-
neus iudicii innocentiae argumenta suggestus. Ill. Dn. Stryk
in U. M. ff. b. t. §. 4. & seqq.

§. XXII.

(XIV.) Inter effectus litis dominii refert Sichardus (XIV) Ex-
ad l. 21. C. de procur. quod exceptio deficientis mandati post
C. opponi nequeat, quoniam, vti addit. ibidem, contra crientis
dictionem inuolueret, si quis diceret: tu es litis dominus (scil. mandati
per L. C.) et: tu non es litis dominus (quia mandato es desti-
tutus.) Verum hæc contra rationem iuris asseri quilibet fa-
cile vider, cum certum sit, exceptionem legitimacionis in
quacunque iudicij parte, imo in ipsa executione opponi
pos-

posse, & si falsus procurator inueniatur, nullum plane iudicium, nullam controuersiam esse l. 24. C. de procurat. Perez ad C. eod. n. 7. Carpz. l. 1. Conf. 1. def. 26. & dominium litis non ex sola litis contestatione, sed præsupposita simul principalis voluntate, quæ colligitur ex mandato, deriuandum esse, supra iam demonstratum fit.

§. XXIII.

(XV) sene-
tur princi-
palem in re-
conuentio-
ne defende-
re.

Rectius huic pertinet (XV.) quod procurator acto-
ris principalem etiam in reconuentione defendere tenea-
tur. l. 33. §. 3. seqq. l. 35. ff. de procur. cum enim litis dominus
fit, merito quoque connexa litis necessaria fuscipere debet.
Hoc autem tunc maxime obtainere videtur, vbi reconuen-
tio simultaneo processu cum conuentione tractatur, &
ita quasi pro vna lite habetur, neque enim per adhi-
bitionem procuratoris rei conditio deterior fieri debet.
Brunnemann ad l. 33. de procur. Quod si vero procurator de-
fensionem fuscipere nollet, vel actio ipsi denegaretur, vt
adeo officio suo plane renunciare necesse haberet, l. 5. C. b. t.
vel si satisdederit, teneretur ex stipulatu ad id, quod inter-
est, vel ad poenam, si quæ in stipulatione comprehensa esset.
Brunnemann ad l. 45. b. Struu, Enolut. controuers. b. t. tb.
35. Q. 3.

(XVI) Acto-
ris procu-
rator litem
in heredes
transmit-
tit.
quod subla-
tum

Similiter (XVI) in procuratore actoris hic olim fuit
effectus, vt litem ad suos hæredes potuerit transmittere;
quo facit Lex Iuliani in Cod. Theodos. de procurat. verb.
cum & procuratore posse cum instituere, & ad hæredes suos in-
choata transmittere veteres Iuris voluerunt conditores. Sed
hanc transmissionem iam Theodosius & Valentinianus
Impp. sustulerunt in l. f. Cod. Theodos. d. t. notante Schiltero
Exerc. X. tb. 46.

(XVII) Cau-
sas in se-

§. XXV.
Notabilis porro est (XVII) effectus, quod procurator non

non tantum appellare , sed & appellationem prosequi te-
neatur. l. 18. ff. de appellat. l. 2. C. de procur. Martini ad Proc.
Sax. Tit. III. §. 1. n. 180. quoditidem ex dominio litis ortum
trahit. Evidem Wurmser Lib. 1. tit. 5. obf. 9. restringit hoc
ad casum, si ad omnes lites & causas datus sit : quia autem ad
vnam litem datus est , illum quidem appellationem inter-
ponere, sed non prosequi debere contendit. Verum rectius
contrarium tuerit Lauterbach. in colleg. Pract. ad tit. de pro-
curat. §. 65. per l. 17. C. de procurat. cuius verba ad nudam
appellationis interpolationem restringi non possunt, quod
etiam euincit l. 2. ff. an per al. causa appell. l. 31. §. 2. ff. de N. G.
tenetur enim necessario appellare , & tanquam dominus li-
tis causam ad finem perducere, que non est finita, si prouo-
catum est. l. 1. inf. ff. ad SCtum Turpili. Conf. Gail. 1. Obf. 46.
n. 3. Ill. Dn. Strykin U. M. b. t. §. 43. Nec vlibi dicitur, quod
tantum interponere , & non prosequi debeat , sed potius
indefinita, quod prouocare debeat ; quæ verba merito cum
effectu intelligenda sunt. Idem etiam de curatore mino-
ris asseritur in l. 10. C. de appellat.

§. XVI.

Denique (XVIII) inter huius dominii litis effe- (XVIII)
ctus numerari debet , quod , si post quam litem conte-
status est procurator , moriatur principalis , procu- Mortuo
rator causam nihilo minus^r continuare possit , qui effe- principalis
ctus disertis verbis ex dominio litis deducitur in l. 23. non expirat
C. de proc. Schilter adff. Ex. X. tb. 46. Ill. Dn. Stryk in Ius mandatum
mod. ff. de procur. §. 40. Aliud hac in parte dispositum Ius Ca- Limita in
non. de Prælato , alioque Rectore ecclesiæ , quippe quo Procura-
etiam post L. C. mortuo expirat mandatum , & dominium
litis, indeque & reassumptione opus est , & novo mandato.
clem. vlt. de procur. Ratio huius dispositionis forsan esse po-
test, quod Prælatus constituens procuratorem, non habeat
us perpetuum , & in hæredes transmissibile, sed tantum

ad vitam suam, adeoque plus juris in procuratorem transferre non potuerit, sed sicuti eius morte expirat, ita quoque dominium litis in procuratore, quod ab eo dependet, statim expirare debet, arg. l. 31. ff. de pignor. Vnde idem dicendum quoque arbitror de aliis, qui ius temporale tantum habuerunt, & quorum morte illud quoque definit. De Syndico hæc quæstio inutilis videri poterat, cum casus existere non possit, ut vniuersitas naturaliter moriatur. l. 7. §. f. quod cuiusque uniu. nom. si tamen ciuiliter moriatur vniuersitas, h. e. si propter delictum iure ciuitatis priuetur, necesse est etiam expirare Syndicatum, Ill. Dn. Stryk in annot. ad Lau-terb. ad tit. quod cuiusque uniu. nom. inf. Neque enim videatur processus coepitus a Syndico continuari posse, quando collegium eam qualitatem, cuius intuitu eundem instituerat, per priuationem iurium ciuitatis exuerit, quia eo ipso simul omnia iura, adeoque & illud, quod in coceptam litem habuerat, videtur amisisse.

CAP. III.

Disquisitio de vsu practico domini litis.

§. I.

*Dominium
suum bodie
attendi
quidam ne-
gant.*

Quoniam Iurisprudentia nostra est disciplina practica, adeoque, quæ in illa docentur, non nudæ tantum theoriarum gratia, sed vt ea ad negotia ciuilia quoque applicare sciamus, addiscenda sunt, ideo & in hac materia maxime videndum, an, & quem usum in praxi habeat doctrina de dominio litis. Verum eadem hic, quam supra c. 1. de origine huius dominii notaui, occurrit Dd. non tantum varietas, sed & contrarietas. Quidam enim, vt Bachou. ad Wesenb. de procurat. n. 8. aliique existimant, hoc dominium litis in praxi

praxi hodierna non attendi, sed procuratores non dominorum, sed nudorum saltem ministrorum seu vicariorum vice fungi, cum quo fere quoad verba consentit Schenckendorf, ad Fibig. Part. I. cap. 2. membr. 2. §. 6. n. 23. Idem probare contendit Grænewegen ad l. 22. §. 23. C. de procur. adductis in suam sententiam Argentræo, Mornacio & Autumno, quorum ille de Britannicis, hi de Gallicis moribus idem afferunt. Contrarium tamen placet Lauterbachio Concl. for. Exerc. II. t. b. 10. Gail. L. I. Obs. 74. n. 10. Bérlich. P. quidam aſſ. firmant. 1. concl. 27. n. 13. Carpz. P. I. c. 1. def. 22. n. 2. & aliis, quos vide apud III. Dn. Stryk. in Uſ. Mod. ff. tit. de procur. §. 38. & Martini ad Process. Saxon. tit. XVI. n. 159. seqq. qui suæ sententiae rationem dant, tum quod ius Ciuiile & Canon. hac in parte non reperiatur mutatum, & ita standum sit illius disposi-
tioni arg. 1. 27. C. de testam. tum etiam quod in variis LL. tam Imperii quam Provincialibus huius dominii litis expressa fiat mentio, atque ad illud non semel proutocetur. v. g. in R. I. de anno 1507. rubr. wie sich procuratores &c. §. indem die procuratores. ibi: nach befestigung des Kriegs als Herren desselben. Rec. Deput. de anno 1600. §. 99. verb. in dem fall contra procuratorem als dominum litis zu verfahren. Conf. Martini d. I. Tit. VII. §. 7. n. 84. & seqq. vbi de iure Provinciali Pomeran. Würtenberg. &c. idem testatur. Verum cum multa ſæpe dicantur ad rem illustrandam, quæ in effectu ſeſe aliter habent, ideo ut in tanto Dd. diſſensu eo certius quid constituere poſſimus, examinandi erunt ſinguli effectus, ſupra recenſiti, & ſubinde inquirendum, quemnam hodie uifum, & ex quo fundamento habeant, ut his cognitis, eo facilius de iipſius dominii litis hodierna obſeruantia conſtare poſſit.

§. II.

Non autem ferme hic eſt de VII. illis effectibus do- Effectus
minii quo ad

*principa-
lem aa hu-
in viridi
sunt obser-
uantia.*

minii litis, quos *principali* supra attribuimus, cum de illis non controuertatur aut dubitetur, an hodie obtineant, quin imo plerique contendant, pinguori hodie iure principalem, ac quidem olim gaudere debere, cum ipsius hodie & *causa* & *actio* maneat propria, & de solo ipsius præjudicio agatur, ut ex infra dicendis patet, quo etiam, quæ de acquisitione *actionis* *utilis*, & *facultate* *mutandi* *procuratorem* hic exponi possent, tanquam commodius ibidem tractanda, remitto.

§. III.

*Sed effectus
ratione pro-
curatoris
hodie pa-
rum obser-
uantur.
I) hodie vt
plurimum
in principa-
lem senten-
tia, citatio
dirigitur,*

Principaliter de procuratore, & in quantum eius *de-
minim litis* hodie attendatur, hic agendum est. Quod ita-
que ad (!) effectum de concipienda in procuratorem *sententia* attinet, illius usus valde exiguis hodie supereft, cum & Iure Canon. ista legalis subtilitas non attendatur, sed, licet *I) causa* per procuratorem tractata fuerit, tamen *principalis* condemnari soleat, cap. 9. X. de probat. quod etiam tum Cameræ, tum communis tere iudiciorum praxis, nulla eximenter de oriente nullitate, obseruat. Schilter Exerc. X. tb. 35. Gail. L. 1. Obs. III. n. 2. Bernh. Græven. lib. 1. concl. 3. consil. 1. Brunnem. ad l. 1. C. de sent. Equidem R. I. de Ao. 1054. §. 99. in contrarium allegari solet, ast hoc tantum casu *sententia* in procuratores ferri iubet, si *principalis* defuncto hæredum nomina ad Cameram nondum sint relata verb. dasern die Erben annoch nicht nahmhaft gemacht worden/ quia hoc casu *sententia* alias in certam personam ferri non posset. Excipiuntur etiam *causa iniuriarum*, in quibus ad euitandam infamiam *sententiae* in Camera aduersus procuratorem teruntur, teste Gilio l. c. quæ tameu cautela admould infirma videtur Brunnemann d. l., cum consultius esset famam expresse referuare, id quod etiam semper fieri solet in dicasterio Ratisbonensi, vbi recantatio reo in- iun.

jungitur. vid. Regensp. Stadt-Gerichts-Ordnung rubr. von Schmack-Handlung/ verb. doch sollen die Widerrufungen cum honoris reseruatione geschehen. Quæ reseratio etiam, cum Germani in irroganda infamia Romanis benigniores sint, regulariter sub-intelligi solet, vñ opinatur Schilter l. c. Simili modo etiam citationes in principalem dirigi solent, quem in finem generales citationes in summis tribunalibus introductæ. Illuſtr. Dn. Stryk. *Introd. ad Prax.* Cap. IV. §. 4. Dn. Ludovici *Einleitung zum Civil-Proceſſ.* Cap. X. n. 5, quod & de pupillis & minoribus, licet sine tuteſe & curatore comparere nequeant, & de vniuersitate citanda verum est. Martini ad Tit. 4. §. 1. n. 64. § 285.

§. IV.

In (II) effectu duplex occurrit quaestio 1) an actus cum ²⁾ in iudicio compa-
rēns principiū. à procuratore contestatam? quod omnino aſſerendum, pala post
cum & quotidie ita fieri videamus, & transactionem L.C. nulli-
(etiam iudicialiter) a principali valide fieri post L. C. terna non a-
supra demonstratum sit; hinc & in patriâ omnia scripta git.
quæ in iudicio à procuratoribus proponuntur, ab ipſis
partibus si præſentes ſint, & ſcribere ſciant, ſubſcribi
debet. 2) An inuitus citari poſſit, & comparere tenea-
tur is, qui procuratorem conſtituit? quod ordinarie ne-
gandum eſt, cum principali, licet citato, nihilominus per
procuratorem comparere liberum ſit, quæ facultas e-
tiam quandoque in citatione exprimitur, prout in patria
communiter obſeruari ſolet, vi *Ordinationis Dicasterii*
Ratisbon. rubr. wie denjen Abwesenden verſtünd wer-
den ſolle. verb. die Geladene erscheinen / oder ſemand
an ſeine ſtatt mit vollmächtigen Gewalt ſchicken ſoll. Ex-
ceptio tamen eſt, ſi præcise ipsius principalis præſentia
G requi-

quiratur, ut in causis matrimonialibus, criminalibus gravioribus, cambialibus, mercatoris &c. ubi etiam vox personalis citationi inferi solet, tunc enim non per, bene tamen cum procuratore comparere potest. Martini Tit. 4. §. 1. n. 206. seqq. cuius rei ratio tamen non inde petenda est, quod procurator sit litis dominus factus, sed potius ex natura mandati, cum procuratorem ideo constituerit, ut suo (principalis) nomine causam perageret, & iudiciales actus loco sui expediret, quâ constitutione tamen sibi ipsi facultatem non admetit in iudicium veniendi, si necessitas id exigat, vel ipsi commodum sit, cum procurator tantum quasi in subsidium datus censeatur.

§. V.

3.] In causis iniuriarum Tertium effectum de condemnando procuratore in causis iniuriarum, adhuc quidem obseruari tradit Wesenbec. procurator, sive iniuriarum, ad tit. de his qui not inf. sed monet Gail. L. I. obs. II. n. 23. condamna ad tit. de his qui not inf. sed monet Gail. L. I. obs. II. n. 23. tur in Camera hoc in arbitrio iudicis positum esse, & pro qualitate atque mera, sed atrocitate iniuriae aestimandum, & ita in Camera seruari. non in univer- Cæterum haec restrictione, plane non videtur opus, sup- versum. posita famæ reservatione supra tb. 3. ex Schiltero adductâ, sed indistincte in principales ferri potest sententia, quod & in plerisque iudiciis fieri solet; utsi qui, etiamsi procurator esset condemnatus, facti infamiam tamen, & aliquam maculam apud graves & honestos viros non evitant. Schilter. Exerc. ad ff. X. tb. 34.

VI.

4.) Princi- Nec magis etiam IV. effectus, Quod dominus pro suo procuratore palis profuso satis dare possit, hodie attenditur, cum cautionum alia plane fit ratio, procurato re non ca- ac quidem olim fuerat. Nam reus hodie, cessante priuata in ius vocatione, cuius intuitu olim interponebatur cautio iudicio sisti, cauere non tenetur, nisi de fuga suspectus sit, aut paecto se ad cautionem praestandam adstrinxerit, vel bona sua dilapidare incipiat. Ill. Dr. Stryk. V. M. ff. tit. quis satisd. cog. §. 23. quin utraque pars modo im- mobilis

DE VSV PRACTICO DOMINII LITIS.

mobilia sub eo judice, coram quo litigatur, possideat à cautione immunitis est. Multo minus hoc casu procurator tum actoris tum rei cavit, modo sufficiens mandatum habeat & legitime constitutus sit, alias, si mandatum sit insufficiens, sine cautione de rato non admittitur, Dn. Hopp. ad §. 3. I. de *Setiis*. Sin vero litigantes bona immobilia non possideant, exigitur cautio à procuratore eadem, quæ principali. Ill. Dn. Stryk. *Introd. ad Prax. Cap. XI. n. 6.* ut ita quidem hodie quandoque casus existat, ubi procurator cavit loco principalis, non vero ubi principalis *pro suo procuratore*, sed ubi cavere debet, *pro se* cavit.

§. VII.

Exigua etiam nec uniuersalis obseruantia hodie est (V.) effe-^s) Hodie etus, *quod procurator per LC. præ reliquis litem occupet.* Ut enim taceam, non semper in Camera plurim procuratorum constitutionem plane non ad- per L. C. occi- mitti Ord. Cam. P. I. tit. 19. n. 1. quod etiam in Regensp. Stadt-Ge: cupatur lis richts Ordin. rubr. von der Procuration *Alimt* cautum est: ne regula à procuratoriter plures uno procuratores ad item admittantur, verb, es soll hin *tore* exklü- führō mehr nicht denn ein procurator einer Parthey in einerley Sache *sis reliquis*. procuriren/reden und ratheñ ic. Ita Jure Can. quedam mutatio in hoc iuris articulo facta videtur, Nam in c. si duo s. de procur. in b. clare dis- positum; si plures procuratores sint constituti non adjecta expresse clausula *in solidum*, unum absque altero non admitti, quod si clau- sula hæc expressa sit, tunc illius melior conditio esse dicitur, qui per L. C. negotium primitus occupavit. Post occupationem autem hujusmo- di, addit Pontifex, alter se intrromittere nequit ulterius, cum ille hinc do- minus sit effetus. In qua dispositione retinuit rationem Juris Rom. si clausula adjecta *in solidum*, quamvis etiam absque conceptu do- minii litis eadem decisio locum habeat, secundum regulam iuris vulgatam: *In pari causa melior est ratio occupantis*, ut sic ne quidem hoc casu in praxi recurrendum sit ad dominium litis. Quod si vero sub Clauſula: sami und fonders constituti, licet hæc etiam obligationem *in solidum* contineat, tamen simultaneam primario admissionem infert, nec, nisi de legitimo impedimento constet, alterum excludit. Schilter. Ex. X. tb. 52. § 55. Ill. Dn. Stryk. Us: mod ff. tit. de procur. §. 26. 27. Eadem etiam in Syndicis obtinere videntur, ut & in tutori- bus atque curatoribus, quos omnes moribus magis conjunctim ad- mitti, vt præoccupationi locus inter eos esse non debeat, existimat Schilter. l.c.

G 2

§. VIII.

§. VIII.

6) *Hodie procurato-
ris conu-
ma ia do-
mino non
secet.*

Pergo ad examen VI. effectus, ubi animaduerto, hodie contumaciam procuratoris, quantum ad processum, domino in effectu non nocere, nam aut *dolo* aliquid neglectum, quo casu ipso iure tutus est dominus, quod iam Civili iure obtinuisse supra dictum est; aut *culpa*, & tunc hodie restituiri in integrum domino non deneganda est, quod plerique concedunt, si procurator soluendo non sit. Carpz. Proc. Tit. V. art. 7. n. ult. & XVII. a. 3. n. 18. Ratio est, quia non propria seu aliena culpa neglecta sunt fatalia, qua ut alteri tantum detrimentum, sc. iacturam bonae litis afferant, iniquum videatur, Faber ad tit. 8. def. 3. imprimis cum mandanti nihil imputari possit, postquam hodie non raro procuratores autoritate publica constitui solent. Carpz. II. resp. I. n. 4. Imo si dicendum, quod res est, ordinarie restitutioni locum dandum est existimarem, nam ut ut obiliant, dominum contra procuratorem agere & ab eo interesse consequi posse, hoc tamen plerumque vanum & inane est, partim quia ut plurimum frustranea in effectu actio est contra procuratorem, dum non dicam difficillimum, sed si re impossibile sit interesse suum propter dubium & incertum litis eventum docere: partim etiam quia hoc modo lis ex lite oritur, quod per talēm restitucionem in integrum præcauetur, nec aduersarius etiam inde lreditur, utpote cui expensæ refunduntur, quin potius hic notorie lucrum consequeretur cum alterius iniuria, si non argumentorum ponderib⁹ sed solo exigui temporis lapsu victoriā consequi vellet, quod non ferendum est Strau. S. I. C. Ex. VII. tit. 35. & hunc in modum indicatum esse refert Mauritius de refit. in int. c. 407. conf. Vincopii differt. de refit. adversus procur. per tot. ubi hanc sententiam latius defendit; quin quod in Camera procuratore sex expensas ipsorum culpa factas de suo præstare, nec a clientibus easdem repeterē possunt. Ord. Cam. P. I. tit. 21. n. 2. 3. & P. III. tit. 50. n. 7. vid. Martini ad Proc. Sax. Tit. VII. §. 1. n. 51. ubi hoc etiam in aliis iudiciis obseruari tradit.

§. IX.

7) *Hodie so-
li principa-
li acquiri-*

Cessat etiam in hodierna praxi (VII), isque antiquo iure primarius dominii litis effectus, scil. quod procuratori directa, principali tantum uuln. ex judicato alio acquiratur. Cum enim antiquis formulis

DE VSV PRACTICO DOMINII LITIS,

§3

lis, quibus apud Róm. hæ actiones disinguabantur, non utamur amplius, merito hodie etiam inter has & illas in effectu nihil inter-<sup>ter actio
iudicatio</sup> est, sed indistincte domino per procuratorem etiam *sine cessione* actio acquiritur, procuratori vero nulla competit, quippe cni iam veteri iure directa actio in vniuersum cum effectu denegabatur, & solum *verbis* non re ipfa adiudicabatur. Schilter *Ex. X. th. 50.*

X.

Quoad VIII. effectum sunt quidem, qui facultatem substitu-⁸⁾ hodie
endi procuratori hodienum tanquam effectum dominii litis attri-^{substituit}
bunt, ut Gaius *Lib. I. Obs. 74. n. ii.* & Blumius *Proctff. Camer. tit. 67. procurator*
n. 12. allegati ab Illustr. Dn. Stryk. in *Uf. Mod. ff. b. t. §. 39.* Verum hoc *si id ci in*
in iudicis Saxon. & passim aliis, non obseruatur, ubi procurator *mandato*
nec ante nec post L.C. substituere potest, nisi in mandato hæc ei po-^{concessum}
testas a Domino expresse concessa fuerit, Carpz. *tit. V. art. 5. n. 4.* &
6. & *Lib. III. tit. I. resp. 6. n. 23.* Martini *Tit. VII. §. 7. n. 98.* hinc sub-
stitutus ad sui legitimationem non tantum substitutionem à pro-
curatore factam, sed & mandatum principalis vel *rutorium, curatorium*
aut *Syndicatus Instrumentum*, in quibus hæc clausula de substituendo
contineatur, exhibere debet. Carpz. *Proc. d. l. n. 33.* Insuper in Ca-
mera præter hanc potestatem substituendi, opus est etiam præscitu
principalis *Ord. Cam. P. I. tit. 20. n. 1.* quin & is statim in mandato sub-
jungere debet substitutum, qui in casum mortui procuratoris li-
tem suscipiat continuandam, quod clare provisum in *R. J. de ann.*
1654. §. 100. verb. sollen instans trig die Partheyen schuldig seyn/
gleich zu Eingang des Rechtstandes den procuratoren einen sub-
stitutum, (jedoch ohne Bestallung/ und allein dahin bis sich
der Fall begiebet) bezuordnen/ sc. quo ipso hic effectus dominii
litis haec tenus in totum per legem publ. abrogatus est. conf. Martini
Tit. VII. §. 7. n. 73. 74. Illustr. Dn. Stryk. *Uf. M. b. §. 39.* Nec obstat *R. J. de*
ann. 1507. rubr. wie sich *Procuratores &c. s. in dem die Procuratores &c.*
vbi ius substituendi adhuc ex L.C. deducitur Verum nouioribus le-
gibus & quidem tum *Recessu Imp. de ann. 1654.* tum variis locorum
ordinationibus, tum ipsa praxi ei similiter derogatum, vt ipsi iuri
Romano.

G 3

§. XI.

§. XI.

9) *reuo-*
catio substitu-
tuti hodie & fieri posse. h. e. si principalis in mandato ei etiam hanc facultatem
mandato
dependet, concesserit, quod etiam iure Canon. iam prouisum in c. 3. de Procur.
in b. quia, quicquid iuris in constitutione, idem etiam in reuocatio-
ne esse debet. Similiter mortuo procuratore non expirat potestas
substituti, utpote qua magis a principali dependet, quam a procu-
ratore substituente, Carp., Proc. Tit. V. art. 6. n. 41.

§. XII.

10) *hodie*
liberer reuo-
cari potest
procurare
tor.

Circa decimum effectum sc. revocationem procuratoris, libera hodie domini potestas est, licet enim ei tam ante, quam post L. C. reuocare mandatum Grenewegen ad L. 22, C. de procur. Martini tit. VII. § 7. n. 98. § 13. nec opus, ut huius reuocationis causa proponatur, desuperq; cognoscatur, neque enim hoc ius Canonicum in c. 4. § 13. X. de Proc. requirit, sed tantum vult, ut facta reuocatio & iudici & aduersario insinuetur, ut de hoc utriusque constet. Nec etiam ius contradicendi habet aduersarius, cum ipsis nihil intersit, quo cum procuratore litiget, cessante quippe hodie ex L.C. olim deducta quasi contra-etus subtilitate, modo persona principalis non varietur. Neque porro ipse procurator ius quae situm ad processum habet, sed si principalis ei ratione expensarum & salarii satisfecerit, reuocationem mandati expressam non magis impedire potest, quam tacitam, qua sit per transactionem super lite factam, de quo supra dictum.

§. XIII.

11) *hodie ex*
parte pro-
curatoris
tacitus con-
sensus suffi-
cit.

Circa effectum undecimum puto, distinguendum esse inter Procuratorem, & principalem. Cum enim causam alienam suscipere, non exigui momenti negotium sit, ideo ratione principalis patientia sola hodie itidem non est loco mandati, nec quisquam regulariter, nisi espresso mandato se legitimare possit, in iudicio pro alio admittitur. Quod autem aliquando mandatum presumptum sufficiat, ad exceptionem pertinet. Sed in procuratore aliter se res habet, in quo tacitam voluntatis declarationem ad munus hoc suscipiendum sufficere statuit Ius Can. in Clem. I. de procur. quam dispositio- nem etiam praxis approbat. Wissenb. adff. b. tit. n. 3. & alii apud III. Dn.

DE VSV PRACTICO DOMINI LITIS.

55

Dn. Stryk. in II. M. b. §. 28. citati: censetur autem procurator tacite voluntatem declarasse, si literas principalis tua cum actis transmis- sis fine contradictione acceptaverit.

§. XIV.

Effectus duodecimus nihil utilitatis hodie praefat, cum a-¹² hodie in etiones populares moribus nostris eam qualitatem non amplius ha-^{popularibus} beant, quam moribus Rom., sc. ut a quolibet institui possint, sed com- muniter fiscalis agit publica autoritate constitutus. Ill. Dn. Stryk. curator ad-^{actione pro-} in not. ad Lauferb. tit. de popul. act. p. m. 1010. inf. imo si vel maxime a^{mittitur} priuato in iudicium deducuntur, hoc tamen non sit nisi per modum denunciationis, ut ita sumptus litis evitentur. Schilter Ex. XLIX. tb. 58. 59. Ergo quaestio hodie otiosa est, an procurator in his admitti queat.

§. XV.

Exiguum quoque usum habet, decimus tertius effectus de non 13) In cri-
admittendo procuratore in criminalibus, quia enim moribus nostris ce-
sat inscriptionis necessitas, pro accusatore admittitur procurator, admittitur
modo de injuriis & expensis caueat, vid. Conſt. Crimin. Carol. V. art. 12. procurator
verb. der Ankläger oder sein Gewalthaber. Illustr. Dn. Stryk. ex parte
II. M. tit. de procur. §. 4. Martini Tit. VII. §. 1. n. 58. Circa personam acusato-
accusati eandem distinctionem obseruari tradunt in praxi, quæ su-
pra adducta est, ut sc. in causis, quæ penam pecuniariam aut, quæ cuius in
in talem facile contueri potest, habent, admittatur procurator, in causis ca-
uis vero, quorum pena est capitalis, non admittatur (nisi pro ab-
fente non tanquam defensor, sed ut extraneus iudici innocentiae ar-
gumenta suggerat,) vid. Illustr. Dn. Stryk. b. n. 10. Martini d. l. cuius
rei ratio tamen non in dominio quodam lira querenda, sed in ipsa na-
tura processus criminalis, quoniam responſio ad articulos inquisi-
tionales, confrontatio, territio, tortura, sententiæ condemnatoriaz
executio in persona procuratoris exitum habere non possunt, adeo-
que ipsius inquisiti preſentiam requirunt, ubi autem non occurrit
haec necessitas, ut in criminibus leuioribus, ibi etiam licite procura-
tor interuenit.

§. XVI.

Ille porro effectus, quem supra XIV. loco recensui, quod post L. 14) exceptio

C.

*deficien-
tis manda-
ti semper
opponi po-
test.*

*15) Procur-
ator Do-
minum re-
conventum
defendere
debet ex
natura
mandati,*

C. exceptionem deficientis mandati opponere amplius non liceat, ibidem iam reiectus est, nec in praxietiam attenditur, ubi legitimatis exceptione in quacunque iudicij parte etiam in executione, quia iudicium retro nullum, opponi potest. Martini tit. 39. §. 1. n. 367. seqq. Neque etiam decimus quintus effectus sc. *quod procuras curas* dominum in reconventione defendere debet, licet adhuc hodie superfit, dominium litis pro fundamento agnoscat, sed potius naturam processus & mandati. Si enim procuratori ad item dato omnia illa mandata censentur sine quibus ipse mandatum exequi nequit. arg. l. 2. ff. de juri d. merito quoque mandatum ad reconventionem habere videtur. Et hinc sententia Struvii in S. I. C. Ex. VII. th. 35. contrarium afferentis de moribus Saxonicis intelligenda, secundum quos reconventione demum finita conuentione suscipitur, adeoque superior ratio cessat, uti monet L. Bi de Lynker in Anal. ibid.

§. XVII.

*12) Appel-
lationem
interpone-
re tenetur
prose-
cutor, nisi
velit.*

Decimum sextum effectum de transmissione litis in imperato procuratoris iam olim exoleuisse supra traditum. Quantum ad XVII. *quod procurator causam in secunda instantia tractare debeat*, videtur hodie, iuxta cap. pn. X. de procurat. quod in praxi receptum est, procurator tantum ad appellatio- nis interpositionem teneri, non etiam ad prosecutionem. Lauterbach. Comp. Jur. tit. de procur. in E. Illustr. Dn. Stryk. U. M. b. 1. §. 43. nisi sententia sit interlocutoria aut procurator ad omnes lites clatus. Lauterbach ibid. Si tamen velit, admittitur etiam ad appellatiois prosecutionem & justificationem, licet in mandato in genere tantum appellatiois facta sit mentio. Carpz. Proc. Tit. V. art. 1. 73. 74. & XVII. art. 2. n. 15. seqq. Quin etiam admittitur quandoque ipsa appellatio a procuratore interposita sine omni mandato, si sc. eam nomine principalis interposuerit, eoque conditionem ipsius meliorem reddiderit. Idem d. l. 7. & seqq. modo principalis eam intra decendum rati habeat, n. 18. & 19. ibid. Simili quoque ratione pupillorum, minorum, aut uniuersitatis appellatio- nem sine mandato ab actore & syndico interpositam in Senatu appellat. admissam esse tradit n. 11. & 12. ibid.

§. XVIII.

*8) hodie
morte
mortis
mandantis
expirat po-*

Quantum deniq; ad XVIII. effectum, morte principalis post L. C. procu- ratoris potestatem non expirare, eum in praxi &c; non obseruari constat, cum procurator etiamsi velit, mortuo mandante ad item continuandam non admittatur, sed realiuntio processus non obstante L. C. exigatur Dn.

DE VSV PRACTICO DOMINII LITIS.

57

Illustr. Dn. Stryk. II. M. b. t. n. 41. Schilter. Ex. X. tb. 47. nisi quoad unicū casum, quem excipit Lex. Publ. in Rec. Depur. Spir. de ann. 1600. §. testas pro curatōris, nisi in man dato heredā dum facta mentio.
 Nachdem auch ut, quando iam definitiū in causa conclusum, reaſumtione opus non fit, sed ſententia in procuratorem feratur, quia ſcil. hic nullæ amplius litigantium partes ſunt, ſed conclusio in cauſa, iuxta vulgatum, iphis os clauſit, adeoque non opus eſt citari hæredes ad reaſumtione processus, ubi nihil intereſt, an iphis adiſint, an procurator, neque præiudicium eis exinde contingit. Ut itaque hæc reaſumtione difficultas & prolixitas evitetur, diſpoſit R. I. de ann. 1654. §. 99. ut mandatis ſemper clauſum hæredum inſeratur, adeo, ut eius omissione ipsum mandatum vitiani aſſert Blum in Proceſſ. Can. tit. 67. n. 73. quæ clauſula in mandatis priuatorum per verba: Unsere Erben und Erbnehmen in syndicatus instrumentis per: Unsere Nachfolger exprimi ſolet Martini Tit. VII. §. 7. n. 24. ſeqq. quod etiam obſeruatur, ſi Eccleſia apud Protestantes aliquem conſtituit ad lites pro fe trahandas, hic enim non ab administratore procurator (quod Iure Can. obtinere ſupra monitum) ſed ab ipta Eccleſia, quæ ut vniuerſitas conſideratur, syndicus conſtituit, adeoque illius potefas, cum vniuerſitas naturaliter non facile pereat, etiam raro loco mođo extinguitur.

§. XIX.

Ex quibus omnibus tandem concludo, quia vel nulli amplius antiqui dominii litis effectus in praxi hodierna vel paucissimi ſupersunt, & hi ipsi non hanc Iuris Rom. ſubtilitatem, ſed aliam rationem, naturam putata processus vel mandati, vel aquitatem pro fundamento agnoſcant, exiguum etiam vel nullam utilitatē hoc dominium litis hodie præbere cum non necessarium sit, fora noſtra, intuitu Rom. alias ſimplicifima, otioſis ſubtilitatibus & fictionibus, quæ tamen vſu deſt tuantur implere, & iuriſprudentiam Practicam adhuc reddere diſſiciliorē. Neque obſtat, quod in praxi nonnunquam provocetur ad dominium litis, & Dd. Aduocati, Iudicesque illud in ore habeant, cum à dici ad eſſe non valeat conſequentia, & proinde non ex vulgatis aſſertis, ſed ex ipta rerum indole verisque rationibus cauſa ſint aſſimanda. Ne vero videamur otioſe de dominio litis, tanquam non ente diſputaſſe, ſubiungamus, vel hoc vſum habere, quod oſtenderimus, dominium litis in procuratore hodie nullum vſum habere,

S. D. G.

H

Cla-

CLARISS. DN. RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S.

Inter tot themata, quæ publicis dissertationibus excuti solent, paucissima ut plurimum deprehendimus, quæ ex genuinis antiquitatis Rom. fontibus, prout interpretem iuris decebat, explicari, & ita pristino suo nitori restitui solent; quod quidem ex vana illa persuasione ortum traxisse videtur, quod ius nostrum non ex antiquis fabulis, sed ipsis rerum argumentis, addiscendum esse crediderint. Vtut vero lubens concesserim, ad ipsa rerum argumenta principaliter respi ciendum esse, vt non iura obsoleta vnicce addiscamus, & quæ aliquando usum præbere possunt, omittamus; nihilominus tamen plura huiusmodi in praxi occurunt, quæ minus recte intelligi & dijudicari queunt, nisi etiam antiquitatem Rom. in subsidium vocemus, quæ proinde a genuino iurium cultore minime negligenda est. Ostendisti id ipsum, doctissime respondens, hac disputatione summa industria a te elaborata, & ita ex antiquitate Rom. enucleata, vt, quæ in ea desiderari, quæ deesse possint, reperire non adeo potuerim. Eum enim hactenus tenuisti cursum studiorum tuorum, vt non nisi utilia, solida & quæ eruditionem egregie ornant, secutus fueris: inter quos labores ita optime adornatos quoque præfensi hæc disputatio tua nata est. Non permittit modestia tua, vt ulterius in laudes tuas excurram, cum non opus sit verbis, vbi rerum testimonia adsunt. Gratulor itaque tibi de hoc secundo industriae tuæ specimine, Patri tuo Optimo, de filio tam dignissimo, denique Patriæ, de ciue ad maximam spem educato, nihilque magis in votis habeo, quam vt Deus, summus ille rerum arbitre Patremque tuum Optimum, totamque familiam incolunem diu conseruare velit. Vale.

Ipsius Kal. Mart. M DCC IX.

ULB Halle
003 245 462

3



86

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISSE^RTAT^O IVRIDICA,
DE
**DOMINIO
LITIS,**

1709, 3²

2^{VAM}

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC
DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIP^E BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDEN-
BVRG. DVCATVS MAGDEBVRG. GVBERNATORE,
ET RELIQUA.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS INDVLTV,
P R A E S I D E

DN. IVSTO HENNINGO Böhmer
I. V. D. PROF. PVBL. ET FACVLT. IVRID.
ASSESSORE,

DOMINO PATRONO AC PRAECEPTORE SVO
et atem deuenerando,

IN AUDITORIO MAIORI,
REGIAE FRIDERICIANAE
Benevolæ eruditorum disquisitioni submittit

AVCTOR RESPONDENS

GEORG. THEOPHILVS HARRER,

Ratisb.

Ad D. Mart. An. M DCC IX.

HALAE MAGDEBVRGICAE

Literis IOH. CHRIST. ZAHNII, ACAD. ET SENAT. HALL. TYPOGR.